non evadendo nec modo quovis subterfugiendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

5070

Subditus de villa Kienadowa Ossolinskiego Atq Subditos eius Quietat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemislien Laboriosus Iwan Subditus de villa Kienadowa tenutae et possessionis Magnifici Francisci Dubrowski Succamerarii Praemislien cum assistentia Generosi Ioannis Miastkowski Camerarii Grabecensis Terrae Praemislien eiusdem Magnifici Succamerarii Praemislien Plenipotentis sanus mente et corpore existens de Terris districtibus iuribus et foro suo quovis proprio ac iurisdictione sua posthabitis recedendo Praesenti vero Castren Capitan Praemisliensi Iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie subiiciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Magnificum Nicolaum de Tenczyn Ossolinski Capitaneum Petricovien et tum Laboriosos Danko Woyt et Iaczko Rybikow tum Paulum Danilczyk et Paulum Suchko de villa Iamna tum Boroczak de villa Grzancei Subditos eiusdem Magnifici Ossolinski de causis et actionibus quibusvis per se recognoscentem et reliquos commilitones suos de praedicta villa Kienadowa Subditos praedicti Magnifici Ossolinski ratione statutionis quorumvis Subditorum ipsi in iisdem Causis et processibus specificato occasione quarumvis praetensionum et iniuriarum ac damnorum Civilium et criminalium inculpatorum ad quodvis Iudicium et officium Regni praecipue Officium praesens Castren Praemislien institutis et intentatis ac in quovis puncto et gradu iuris in dictum actus praesen dependentibus et sese determinan Actione de processibus earundem Causarum atq decretis in iisdem causis obtentis et prolatis quietat et liberos facit perpetuo Easdem causas Protestationes arresta Relationes quasvis Ministerialium processusq atq decreta quaevis in toto et toto cassat et mortificat et annihilat sibi et suis posteris atq praefatis commilitonibus suis Ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium.